 inimicitiarum tempus cogitandum putabat. His igitur finibus
 utendum arbitror, ut cum emendati mores amicorum fuit,
 tum sit inter eos omnium rerum, consiliorum, et voluntatum,
 sine ulla exceptione, communitas, ut etiam si qua fortuna acci-
 derit, ut minus iuste amicorum voluntates adiuvande sint, In
 quibus coram, aut de capite agatur, aut fama, declinandum
 est e via, modo ne summa turpitudine sequatur. Est enim qua-
 tenus amicitie dari venia possit. Nec vero negligenda est
 fama, nec mediocre telum, ad res gerendas existimare oportet
 benevolentiam civium, quam blanditiis et assentationibus collige-
 gere turpe est. Virtus quam sequitur charitas minime repudi-
 anda est. Sed, sepe enim redeo ad Scipionem, cuius omnis sermo
 erat de amicitia, querebatur, quod in omnibus rebus homines
 diligentiores essent, ut capras et oves, quod quisque haberet
 dicere posset, amicos quot haberet dicere non posset, et in il-

lis quidem paradisi curam adhibere, in amicis eligendis negli-
 gentes esse, nec habere quasi signa quaedam et notas, quibus eos
 qui ad amicitiam essent idonei iudicaret. Sunt igitur firmi, et
 stabiles, et constantes eligendi, cuius generis est magna penuria,
 et iudicare difficile est sane, nisi expertum. Experendum autem
 est in ipsa amicitia, ita praecurrit amicitia iudicium, tollitque expe-
 riendi potestatem. Est igitur prudentis sustinere ut cursum, sic
 impetum benevolentie quo utamur, quasi aquis tepidatis, sic
 amicitias aliqua parte periclitatis moribus amicorum. Quidam
 sepe in parva pecunia perspicuntur quam sint leues. Quidam autem
 quos parva movere non potuit, cognoscunt in magna. Si
 vero erunt aliqui reperi qui pecuniam proferre amicitie sordidum exi-
 stiment, ubi eos inveniemus, qui honores, magistratus, im-
 peria, potestates, opes, amicitie, non anteponant: ut cum ex
 altera parte proposita haec sint, ex altera vis amicitie, non im-
 peto illa malint. Imbecilla enim humana natura est ad conten-
 dendam potentiam, quam etiam si neglecta amicitia consecuti sunt
 excusatum iri arbitrantur, quia non sine magna causa sit negle-
 cta amicitia. Itaque vere amicitie difficillime reperiuntur in
 his qui in honore et rebus publicis versantur. Ubi enim istum inveni-
 as qui honorem amici anteponat suo? Quid haec ut omittam
 quae graues, quae difficiles, plerisque videntur calamitatum socia-
 tes, ad quas non facile inuictus qui descendat, quamquam Cennius
 recte in quantum amicus certus, in re incerta cernitur tamen
 haec duo levitatis et infirmitatis plerisque conuincunt, aut
 si in bonis rebus continentur amicos, aut se in malis deserunt.

18. Qui igitur utraq; in re grauem, constantem, stabilem, si in amicitia presterit, hunc ex maxime raro genere hominū iudicare debemus, et pene diuino. Firmamentū autē stabilitatis constantiq; est eius, quā in amicitia querim? fides Nihil enim stabile est, quod infidū est. Simplicē preterea et cōmunē et p̄sentientem, et qui rebus ijsdem moueat, eligi par est, que omnia p̄tinent ad fidelitatē, neq; em̄ fidū potest esse mltiplex ingenū, et tortuosum, neq; vero qui non ijsdem rebus mouet, et natura consentit fidus aut stabilis potest esse. Addendū eodē est, vt ne criminib⁹, aut inferendis delectet amic⁹, aut credat oblati que om̄ia p̄tinent ad eam quā iam dudū tracto p̄stantiā. Ita fit verū illud quod p̄ntio dixi, amicitia nisi inter bonos esse nō posse. Est enim boni viri, quē eundem sapientē licet dicere, hec duo tenere in amicitia. Prīmū ne qđ fictū sit, neue simulatā. Ap̄te em̄ vel odisse aliū magis ingenū est, q̄ fronte occultare sentētiā. deinde nō solū ab aliquo oblatas criminatioes depellere, sed ne ip̄m quidē esse suspiciosum, semp̄ aliquid existimantē ab amico esse violatum. Accedat huc suauitas quēdam oportet sermonū, atq; morū haud quā mediocri cōdimentū amicitie. Tristicia autē, et in omni re seueritas absit, habet illa quidē grauitatē. Sed amicitia remissior esse debet, et liberior et dulcior, et ad omnē comitatē, facilitatēq; p̄cliuor. Existit autē hoc loco quedā questio difficilis. Nū quando amici non indigni amicitia, veterib⁹ sint antepōnendī, vt equis vetulis teneros antepōnere solem⁹. Indi-
- 19.

gna dubitatio homie. Non em̄ amicitiarū esse debēt, sicut aliarū rerū societates, veterria quoq; vt ea vīna, que vetustate ferunt, esse debēt suauissima, verūq; illud est quod vulgo dicit. Multos modios salis simul edendos esse, vt amicitie munus expletū sit. Nouitates autē si spem afferunt vt tanq; in herbis nō fallacibus fructus appareat, nō sunt ille qđdem repudiande, vetustas tamē suo loco cōseruanda est. Maxima est em̄ vis vetustatis et p̄suerudinis. Atqui et ipso equo, cuius modo mentionē feci, si nulla res impedi- at, nemo est qui nō eo, quo consuevit libenti⁹ vtat⁹, quam i tractato et nouo. Nec modo in hoc qđ est animal, sed in ijs etiam, que sunt inanimata, p̄suetudo valet, cū locis etiam ijs ipsi mōtuosis delectemur et siluestrib⁹, in q̄bus diuti⁹ cōmorati sumus. Sed maximū est in amicitia superiorē, parē esse inferiori. Sepe em̄ excellentie quedā sunt qualis erat Scipiōis in nostro, vt ita dicā, grege. Nunq; se ille Philo- nunq; Rutilio, nunq; Mūnio anteposuit, nunq; inferioris ordinis amicis. Q. vero maximū fratrem egregiū virū, omnino sibi nequaquā parem, quod is antebat etate, tanq; superiorē colebat, suisq; om̄es per se ampliores volebat, qđ faciendū imitandūq; est om̄ibus, vt si quā p̄stantiā virtutis, ingenij, fortune cōsecuti sunt, impartāt eam suis cōmunicatq; cū proximis, vt si parentib⁹ nati sunt humilib⁹, si propinquos habeāt imbeciliores, vel anio, vel fortuna, eorū augeat opes, eisq; honori sint et dignitati, vt in fabulis, qui aliquādiu p̄pter ignorantia stirpis et generis, in se-

C ij

mulatu fuerint, cū cogniti sunt, et aut deorū aut, regū filij inuenti, retinet tamē charitatē in pastores, quos patres multos annos esse duxerūt. Quod quidē est multo pfecto magis in veris patribus, certisq; faciendū. Fructus enim ingenij et virtutis, omnisq; pstantie, tum maxie capis, cū in proximū quēq; pfertur. Ut igitur hi qui sunt in amicitie cōiunctionisq; necessitudine superiores, se equare cū inferioribus debēt, sic inferiores dolere nō debent, se a suis amicis aut ingenio, aut fortuna, aut dignitate supari. Quorū pleriq; aut queruntur semp aliqd, aut etiā exprobat, Eoq; magis si habere se putant qd officiose, aut amice, et cū labore aliquo suo factū queant dicere. Odiosum sane genus hoim officia exprobrantiū, q̄ meminisse debet is, in quē collata sunt, nō cōmemorare qui contulit. Quamobrem ut hi, qui superiores sunt submittere se debent in amicitia, sic quodammodo inferiores extollere. Sunt enim quidam qui molestas amicitias faciunt, cum ipsi se contemni putant. Quod nō fere contingit, nisi his, qui etiā contemnēdos se arbitrant, qui hac opinione, non modo verbis, sed etiam opere leuandi sunt. Tantum autem cuiq; tribuendum est primū, quantum efficere possis, deinde etiā quantum ille quē diligis atq; adiues possit sustinere. Non enim tu possis, quantumvis licet excellas omnes tuos ad honores amplissimos perducere, ut Scipio Rutiliū potuit consulem efficere, fratrem eius Luciliū nō potuit. Quod si etiā possis quid vis deferre ad alterum, videndum est tamen quid ille possit sustinere. Omnino amice

estle corroboratis iam confirmatisq; et ingenijs et etatibus iudicande sunt, nec si qui in eunte etate venandi, aut pile studiosi fuerint, eos habere necessarios oportet, quos tum eorū studio peditos dilexerūt. Isto enim modo nutrices et pēdagogi iure vetustatis plurimū beneuolentie postulant, qui negligendi quidem non sunt, sed alio quodā modo colendi, aliter enim amicitie stabiles pmanere non possunt, dispares enim mores, disparia studia sequunt, quoz dissimilitudo dissociat amicitia. Nec ob aliam causam vllā boni improbis, improbi bonis amici esse non possunt, nisi q̄ tanta est inter eos, quanta maxima potest esse, morū studiorumq; distantia. Recte etiā precipi potest in amicitijs, ne quis intemperata quadam beneuolētia, quod perspe sit impediatur magnas utilitates amicorum. Nec enim, ut ad fabulas redeam, Troiam Neoptolemus capere potuisset, si Lycomedem apud quē erat educatus, multis cum lachrymis iter suum impredientem, audire voluisset. Et sepe incidunt magne res, ut discedendū sit ab amicis, quas qui impedire vult, quod desiderium non facile ferat, is et infirmus est mollisq; natura, et ob eam ipsam causam in amicitia parum iustus atq; in omni re considerandum est, et qd postules ab amico, et quid patiari a te impetrari. Est etiā quasi quedam calamitas in amicitijs dimittendis nonnunq; necessaria. Jam enim a sapientum familiaritatibus ad vulgares amicitias oratio nostra delabitur. Erumpunt sepe vitia amicorum, tum in ipsos amicos, tum in alie

nos, quorum tamen ad amicos redundet infamia. Tales igitur amicitie sunt remissione vsus leuande, et vt Catonē dicere audiui, dissuende magis q̄ discindende sunt, nisi q̄dam admodū intollerabilis iniuria exarserit, vt neq̄ rectū neq̄ honestū sit, neq̄ fieri possit, vt nō statim alienatio dis-
 functioq̄ facienda sit. Sin aut̄ morū aut studiorū commu-
 tatio quedā, vt fieri solet, facta erit, aut in rep. partib⁹ dis-
 sensio intercesserit. Loquor enim vt paulo ante dixi, nō de
 sapientū, sed de cōmunib⁹ amicitijs, cauendū erit, ne nō so-
 lū amicitie depōsite, sed inimicitie etiā suscepte videantur
 Nihil enim turpius, q̄ cum eo bellū gerere, quo cum fami-
 liariter vixeris. Ab amicitia. *Q.* Pompei meo nomie se re-
 mouerat, vt scitis, Scipio, p̄pter dissensionez autem, que
 erat in repub. alienatus est collega nostro Metello. vtrum
 q̄ egit grauiter auctoritate, et offensione animi nō acerba.
 Quamobriē primū danda est ne qua amicorū dissidia fiant
 sin tale aliquid euenerit, vt extincte potius amicitie q̄ op-
 presse esse videant. Cauendum vero est, ne etiā in graues
 inimicitias conuertāt se amicitie, e quibus iurgia, maledi-
 cta, cōrumelie gignunt. Que tamē si tollerabiles erunt, fe-
 rende sunt. Et hic honos veteri amicitie tribuendus est, vt
 is in culpa sit, qui faciat, non qui patiat̄ iniuriā. Omnino
 omnium horum vitiorum, atq̄ incōmodorū cautio est, atq̄
 vna promissio, vt ne nimis cito diligere incipiat, neue indig-
 nos. Digni autē sunt amicitia quibus in ipsis inest causa
 cur diligant. Rarū genus, et quidē omnia preclara rara, nec

quicq̄ difficilius q̄ reperire quod sit omni ex parte in suo
 genere perfectū. Sed pleriq̄ neq̄ in rebus humanis quicq̄
 q̄ bonū norunt, nisi quod fructuosum sit, et amicos tanq̄
 pecudes, eos potissimū diligūt, ex quibus sperant se max-
 imū fructū esse capturos. Itaq̄ pulcherrima illa, et maxie
 naturali carent amicitia, per se, et p̄pter se expetenda, uec si
 b̄ ipsi exemplo sunt, hec vis amicitie qualis et quanta sit.
 Ipsi em̄ se quisq̄ diligit, non vt aliquam a se ipso mercedē
 erigat charitatis sue, sed quod per se sibi quisq̄ char⁹ est,
 quod nisi idem in amicitia transferat, verus amicus nunq̄
 reperiet. Est enim is amicus quidem, qui est tanq̄ alī idē
 Quod si hec apparent in bestijs, volucris, agrestibus,
 natantibus, subus, cicurib⁹, feris, Primū vt scipsi diligāt.
 Id em̄ pariter cum omni animante nascit, deinde vt req̄-
 rant atq̄ appetant aliquas alias animātes, ad quas se ap-
 plicent eiusdem generis. Idq̄ faciunt cū desiderio, et cum
 quadam similitudine amoris humani. quanto id magis in
 homie fit natura, qui et se ipse diligit, et alterū acquirit, cui⁹
 animū cum suo cōmiscet, vt efficiat pene vnū ex duobus
 Sed pleriq̄ peruerse, ne dicam impudenter, amicū habere
 re talem volunt, quales ipsi esse non possunt, queq̄ ipsi nō
 tribuunt amicis, hec ab his desiderant. Par est autem pri-
 mū ipm̄ esse virū bonum, tum alterū similem sui querere.
 In talibus ea, quam iam dudū tractabam, stabilitas ami-
 citie cōfirmari potest, cum homies beneuolentia cōiuncti

primū cupiditatibus ijs quib⁹ ceteri seruiunt, imperabūt, deinde equitate, iusticiaq; gaudebunt, omniaq; alter pro altero suscipiet. Neq; quicq; vnq; nisi honestum ⁊ rectum, alter ab altero postulabit, neq; solum colent se inter se, ac diligent, sed etiam vercbunt. Nam maximū ornamentum amicicie tollit, qui ex ea tollit verecundiā. Itaq; in his pñciosus est error, qui existimant libidinum, peccatorūq; omnium, patere in amicitia licentiā. Virtutum em̄ amicitia ad iutrix a natura data est, non vitiorū comes, vt quoniā solitaria non posset virtus ad ea que summa sunt puenire, coniuncta ⁊ sociata cum altera perueniret, que si quos inter societas aut est, aut fuit, aut futura est, eorum est habend⁹ ad summū nature bonum optimus, beatissimusq; comitatus. Hec est inq; societas in qua om̄ia insunt, que putant homines expetenda, honestas, gloria, tranquillitas animi, atq; iucunditas, vt cum adsint, beata vita sit, ⁊ sine his esse non possit, quod cum optimū maximūq; sit, si id volumus adipisci, virtuti opera danda est, sine qua, neq; amicitia, neq; vllam rem expetendā, cōsequi possum. Ea vero neglecta qui se habere arbitrant, tum se deniq; errasse sentiant, cum eos grauis aliquis casus experiri cogit. Quocirca dicendū est etiam sepius, cum iudicaueris, diligere oportet, non cū dilexeris iudicare. Sed cum multis in rebus negligentia plectimur, tum maxime in amicis, ⁊ diligendis, et colēdis p̄posteris em̄ vtimur, consilijs, et acta agimus, que veta-

mur veteri prouerbio. Nam implicati vitro ⁊ citro, vt vsu diuturno, vel etiam officijs repente in medio cursu amicitias, exorta aliqua offensione, deripimus. Quo etiam magis vituperanda est rei tam maxime necessarie, tanta incuria. Una est enim amicitia in rebus humanis, de cuius vtilitate omnes vno ore consentiunt, q̄q; a multis ipsa virt⁹ contēnitur, ⁊ vendicatio quedam atq; ostentatio esse dicif. Multi diuitias despiciunt, quos paruo contentos, tenuis victus, cultusq; delectat, honores vero quorū cupiditate quidā inflammant, q̄ multi ita contēnunt, vt nihil inanius esse, nihil leuius existiment. Item cetera q̄ quibusdam admirabilia videntur, permulti sunt qui pro nihilo putant. De amicitia omnes ad vnū idem sentiunt. ⁊ hi qui ad rēp. se cōtulerunt, ⁊ hi qui rerum cognitione, doctrinaq; delectantur, et hi qui suum negotium gerūt ociose, postremo hi qui se totos tradiderunt voluptatibus, sine amicitia vitam esse nullam sentiunt, si modo velint aliqua ex parte liberaliter viuere. Serpit enim nescio quomodo per omnium vitam amicitia, nec vllā etatis degēde rationē patitur esse expertē sui. Quin etiā si quis asperitate ea est, ⁊ imanitate nature, vt congressus et societate hoim fugiat atq; oderit, qualē fuisse athenis Thimonē nescio, accepim⁹, tñ is pati nō possit, vtnō acq̄rat aliquē, apd̄ quē euomat vt acerbis tatis sue. Atq; hoc maxime iudicaretur, siquid tale posset ptingere, vt aliq; nos deus ex hac hoim frequentia tolleret

et in solitudine vsquam collocaret, atq; ibi suppeditas omnium rerum, quas natura desiderat, abundantiam, et copiam, hominis omnino aspiciendi potestatem eriperet. Quis tam esset ferreus, qui eam vitam ferre posset cuius non auferret fructum voluptatum omnium solitudo. Verum ergo illud est, quod a Tarentino Archita, ut opinor, dici solitum nostros senes commemorare audiui, ab alijs senibus auditum. Si quis celum ascendisset, naturamque mundi et pulchritudinem siderum perspexisset in suauem illam admirationem ei fore, que iucundissima fuisset, si aliquem cui narraret, habuisset. Sic natura solitariu nihil amat, semperque ad aliquid tanquam adminiculu annititur, quod in amicissimo quoque dulcissimum est. Sed cum tot signis eadem natura declarat, quid velit, ac querat, quod desideret, obscurdescimus, tum nescio quomodo, nec ea que ab ea monemur, audimus. Est enim varius et multiplex usus amicitie, multaque cause suspicionum, offensionumque dantur, quas tum euitare, tum eleuare, tum ferre sapientis est. Una illa subleuanda offensio est, ut et utilitas in amicitia, et fides retineatur. Nam et monendi amici sepe sunt, et obiurgandi. et hec accipienda amice, cum beniuole sunt. Sed nescio quomodo verum est, quod in Andria familiaris meus Terentius dixit. Obsequium amicos, veritas odium parit. Molesta veritas est, siquidem ex ea nascitur odium, quod est venenum amicitie, sed obsequium multo molestius, quod peccatis indulgens, precipitem amicum fieri sinit. Maxima autem culpa in eo

est, qui et veritatem aspernatur, et in fraude obsequio impellitur. Omnis igitur hac in re habenda ratio et diligentia est, primum ut monitio acerbitate, deinde ut obiurgatio pertumescant careat. In obsequio autem, quoniam Terentiano verbo libenter utimur, comitas adsit, assentatio vitiorum adiutrix, procul amoueat, que non modo amico, sed ne libero quidem digna est. Aliter enim cum Tyranno, aliter cum amico viuatur. Cuius autem aures clausae veritati sunt, ut ab amico verum audire nequeat, huius salus desperanda est. Scitum est enim illud Catonis, multo melius de quibusdam acerbos inimicos mereri, quam eos amicos, qui dulces videantur. illos verum sepe dicere, hos nunquam, atque illud absurdum est, quod hi scilicet qui mouent, eam molestiam, quam debent capere, non capiunt, eam capiunt qua debent carere. Peccasse enim se non augument, obiurgari moleste ferunt, quod contra oportebat. relicto dolore, obiurgatione gaudere. Ut igitur et monere et moneri, proprium est vere amicitie, et alterum libere facere, non asperere, alterum patienter accipere, non repugnanter sic habendum est nullam in amicitijs pestem esse maiorem quam adulationem, blanditias, assentationem. quamuis enim multis nominibus est hoc vitium notandum, leuium hominum atque fallacium ad voluptatem loquentium omnia, nihil ad veritatem. Cum autem omnium rerum simulatio est vitiosa, tollit enim iudicium veri, idque adulterat, tum amicitie repugnat maxime, delet enim veritatem, sine qua nomen amicitie valere non potest. Nam cum

amicitiæ vis sit in eo, ut vnus quasi animus fiat ex pluribus, qui fieri poterit, si ne in vno quidē quoque vnus animus erit. Idemque semper, sed varius, commutabilis, multiplex? Quid enim potest esse tam flexibile, tam deuū, quā animus eius, qui ad alterius non modo sensum ac voluntatē, sed etiam vultum atque nutū, conuertit? Neget quis, nego, ait aio. Postremo impauit egomet mihi omnia assentari, ut ait idē Terentius, sed ille in Gnatonis persona, quod amici genus adhibere omnino leuitatis est. Multi autē Gnatonū similes, cum sint loco, fortuna, fama, superiores, horū est assentatio molesta, cum ad vanitatē accessit auctoritas. Secerni autem blandus amicus a vero et internosci tam potest, adhibita diligentia, quam omnia fucata et simulata a sinceris atque veris. Cōcio quæ ex imperitissimis constat, tamē iudicare solet, quid inter sit infipularē, id est assentatorē et leuē ciuē, et inter constantē, scilicet, et grauē, quibus blanditijs C. Papyrius consul nuper influebat in aures cōcionis, cum ferret legem de tribunis plebis rescindiendis. Dissuasim⁹ nos sed nihil de me, de Scipione dicam libenti⁹. Quanta illi diuini mortales fuit grauitas, quanta in oratione maiestas? ut facile ducē P. Ro. non comitē diceres. sed affuistis, et est in manibus orō. Itaque lex popularis suffragijs populi repudiata est. Atque ut ad me redeam meministi, Q. Marimo fratres Scipionis, et L. Mancino consulibus, quā popularis lex de sacerdotibus. C. Licinij Crassi videbas, captatio enim collegiorum ad populi beneficium transferēbas,

atque is primū instituit in forum versus agere eū populo; tamen illius vendibile orationē religio deorum immortalium (nobis defendentibus) facile vincebat. Atque id actum est propterea me quinquennio antequam cōsul sum factus itaque re magis quam auctoritate causa illa defensa est, quod si in scena, id est in contione in qua reb⁹ ficti et adumbrati loci plurimum est, tamen vix valet, si modo id patefactum et illustratum est, quod in amicitia fieri oportet, quod tota veritate ppenditur: in qua nisi, ut dicis, apertum pectus videas, totumque ostendat, nihil fidum, nihil exploratum habeas, ne amare quidē, aut amari possis cum id quā vere fiat ignozes. Quā ista assentatio perniciosa sit, nocere tamen nemini potest, nisi ei qui eam recipit, atque ea delectatur. Itaque sit, ut is assentatoribus patefaciat aures suas maxime, qui ipse sibi assentet, et se maxime id ipse delectet, Quomodo est amans sui vix optime enim se ipsa nouit, quā amabilis sit intelligit. Ego autem non de virtute nunc loquor, sed de virtutis opinione. Virtute enim ipsa non tam multi preediti esse quā videri volunt. Hos delectat assentatio. his fictis ad eorum voluptatē sermo cum adhibetur, orationem illam vanam, testimonium esse laudum suarum putant. Nulla est igitur hec amicitia, cum alter verum audire non vult, alter ad mentiendum paratus est. Nec parasitorum in comedijs assentatio nobis faceta videtur, nisi essent milites gloriosi. Magnas vero agere gratias Thais mihi? Satis erit respondere magnas. ingētes inquit. Semper auget assentator id quod is cuius ad vo-

c. 26. 27.

tantatem dicitur, vult esse magnam. Quamobrem, quis
 blanda ista vanitas apud eos valeat, qui ipsam illam alle-
 ctant, et inuitant, tamen etiam grauioribus, constantioribus
 admonendi sunt, vt aniaduertam ne callida assentatiōe ca-
 piam. Aperte enim adulantē nemo non videt, nisi qui ad-
 modū est excors. Callidus ille et occultus ne se insinuet, stu-
 diose cauendū est. nec enim facile agnoscit, quippe qui etiam
 aduersando sepe assentes, et litigare se simulans blandias
 atque ad extremū det manus, vincique se patias, vt is qui il-
 lusus sit, plus vicisse videatur. Quid autē turpius quā illu-
 di? Quod ne accidat magis cauendum est, vt in Epicureo
 hodie me aute omnis coamicos stultos senes versaris, at-
 que luseris lautissime. Hec etiā in fabulis stultissima persona
 est, improuidorū et credulorū senum. Sed nescio quo pa-
 cto ab amicitijs perfectorum hominū. i. sapientum, de hac
 dico sapientia, que videtur in hominem cadere posse ad le-
 ues amicitijs defluxit oratio. Quamobrem ad illam primā
 redeamus, eamque ipsam concludamus aliquando. virtus
 inquit. C. Fanni et tu Q. Muti, et conciliat amicitijs et con-
 seruat. In ea est enim convenientia rerum, in ea stabilitas,
 in ea constantia. Que cum se extulit, et ostendit lumen suū, et
 idem asperit, agnouitque in alio, ad id se admouet, vicis-
 simque accipit illud quod in altero est, ex quo ex coniun-
 ctione eorum exardescit siue amor, siue amicitia, vtrun-
 que

27.

enim dictū est ab amando Amare enim nihil aliud est, nisi eū
 ipsum diligere que ames, nulla indigentia, nulla vtilitate que-
 sita. Que tamē ipsa efflorescit ex amicitia, etiā si tu eam mi-
 nus secutus sis. Hac nos adolescentes beniuolentia, senes
 illos. L. Paulū, M. Catonē, C. Gallum, P. Nasicam, T.
 Gracchū Scipiois nostri socrū dilexim. Hec etiam ma-
 gis elucet inter equales, vt inter me et Scipionē. L. Furiū
 P. Rutiliū, Sp. Muniū. Vicissim autē senes in adolescen-
 tiū charitate acquiescim, vt in vestra et in. Q. Tuberonis
 equidē admodū adolescentis. P. Rutilij Virginij familia-
 ritate delector. Quā quidem ita ratio cōparata est, vite na-
 tureque nostre, vt alia etas oriat ex alia, maxime quidem op-
 tandū est vt cū equalibus possis viuere cū quibus tanquam e car-
 ceribus emissus sis, cū iisdem ad calcē, vt dicit, peruenire.
 Sed quomā res hūane fragiles caduceque sunt semp aliqui
 acquirendi sunt, quos diligam, et a quibus diligamur. Cha-
 ritate enim beneuolentięque sublata. omnis est vita sublata in-
 cunditas. Mibi quidem Scipio, quāquā est subito ereptus, vi-
 uit tamen, sempque viuēt. Virtutē enim semp amari illius viri,
 que extincta nō est, nec mihi soli versatur ante oculos, qui
 illam semp in manibus habui, sed etiā posteris erit clara et in-
 signis. Nemo vnquam animo, aut spe maiora suscipiet, qui sibi
 non illius memoriā, atque imaginē pponendā putet. Quis-
 dem ex omnibus reb, quas mihi, aut fortuna, aut natura tri-
 buit, nihil habeo quod cum amicitia Scipiois possit compa-

27.

127.
 M. In hac mihi de repub. fuit p̄sensus. In hac rerū priuata
 rū consiliū. In eadē requies plena oblectatiōis fuit, nunq̄
 illū ne minima quidē re offendi, qđ quidem senserim, nihil
 audiui ex eo ip̄e, qđ nollem. Una dom⁹ erat. idem victus.
 isq; cōis neq; solū militia, sed etiā p̄regrinatiōes, rusticati
 onesq; cōes Nam quid ego de studijs dicam, cognoscendi
 semp̄ aliqđ aut discēdi? in quib⁹ remoti ab oculis populi,
 om̄e ociū tempusq; p̄triuim⁹. Quaz rerū recordatio ⁊ me-
 moria, si vna cū illo occidisset, desiderū cōiunctissimi viri,
 atq; amantissimi ferre nullo modo possem, sed nec illa ex-
 tincta sunt, alunturq; potius, ⁊ augent̄ cogitatiōe ⁊ memo-
 ria. Et si illis plane orbatus essem, magnū tñ afferret mihi
 etas ipsa solatiū. Diuti⁹ em̄ in hoc desiderio esse nō possuz
 Om̄ia aut̄ breuia tolerabilia esse debent, etiū si magna sint
 hec habui de amicitia, que dicerē. Vos aut̄ hortor, vt ita
 stutem locetis, sine qua amicitia esse non potest, vt ea ex-
 cepta, nihil amicitia prestabilius esse putetis.

M, T, Ciceronis Dialog⁹ de amicitia Lyp
 tzigk per Valētinū Schumā impressus,
 solertiq; cura emendatus feliciter
 ter explicat, Anno salutis
 nr̄e. M, ccccc. xiiij.